

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem](#), Venise, Segno della Fontana, 1567[Collection](#)[Mythologia](#), Venise, 1567 - Livre X[Item](#)[Mythologia](#), Venise, 1567 - X [11-12] : De Vulcano

## **Mythologia, Venise, 1567 - X [11-12] : De Vulcano**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

","author\_name\_items":"Auteur(s)","author\_size\_items":"16px","title\_size\_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()/\* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.\_\_jsonld); }); \*/}, false);

## Mythologiae

aera plurimum conferre ad mores singulorum, & ad rerum omnium ortum.

### De Hebe Physicè.

**H E B E** igitur merito nata esse dicitur ē Iunone, quia omnia cum aeris temperie pubescunt. Hæc idè sutor est Martis, quia propter fertilitatem regionum, vberatatemque & opulentiam prouinciarum bella plerunque nascuntur: cum nemo propè de loco sterili dimicare soleat. Atque hæc de aeris vi & actione. At Ethicè.

Fuit illa remota à peculis ministrandis Ioui, quia gratia principum est inconstansissima, omniq[ue] vel minima de causa aliquando amittitur; quibus haud idem semper, sed aliud aliis temporibus placet, ac pulchrum apparet. Id enim per Hebes res gellas significare volebant.

### De Vulcano Physicè.

**V V L C A N V S** verò ex aere natus dicitur, quia extenuatus aer convertitur in ignem: atque sic mutuas elementorum mutationes per huius fabulam significabant. Cum vero ignis esset in materia, deformis esse dicebatur & impuros, quare deiectus est ē Iunone, & ē Thetide Nymphisque matinis exceptus educandus; ex iis enim natura fulminis, & coelestium igniorum, qui fiunt in nubibus, procreatur. Atque dictus est fulmina Ioui fabricasse, quia vapor ille, ē quo eliduntur fulmina, per calorem extollitur & gignitur. Sic enim Meteorologica per hanc fabulam docebant. Idem cum Mineruam cuperet semen in terram deiecit, quia non purus, at turbulentus in materia calor rerum omnium ortum adiuuat. At nunc Ethicè.

Vulcanus ligauit Martem ac Venerem in rete, nempe claudus celerē, & invalidus fortissimum bellorum Deum; quia nullæ vires iniquum hominem possunt a iusta vindicta Dei protegere. Quare per hæc etiam homines horabantur ad integratatem & ad innocentiam; & ab omni turpitudine reuocabant.

### De Marte Physicè.

**M A R T E M** nonnulli Solem esse voluerunt, qui cum Venere coniunctus superueniente Vulcano præcipio, nihil procreat. Per hæc & vitam & ortum animalium in qualitatum elementorum symmetria considerare demonstarunt; quippe cum per Martem litigium, per Venetrem amicitiam significarent. Per Vulcanum exuperantem aliquā qualitatem. Nihil n. ex vox tantum qualitate elementorum nascitur, neq[ue] ex similibus, sed ex his tēpētatis & modicè inter se permillis. At Ethicè.

Mars nascitur ē Iunone opolentia Dea, quod ex oib[us] omnibus est contentio, cum aliquando causæ alii iniuriatum palam a principibus fingantur. Nutritus fuit apud barbaras nationes a Thero nutritus, quæ feritas est, quia belluarum magis quam hominum proprium sit armis dimicare, quæ fibi in uicem ratione persuaderi non possunt; cum lex hominū regina sola esse debat, quod honorificissimum telum sit innocentia & æquitas.

De